

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Venerabilis Beda presbiter: Sermo zu der Evangelienlesung nach Lucas

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

saltus etiam super aquas solent. 7  
Quid ergo pennatis piscibus nisi  
electae animae figurantur.  
quae profecto sole in caelestis  
ecclesiae corpus transeunt.  
quae modo uirtutum pennulis  
fultae saltis dare per caeleste  
desiderium sciunt. ut superna  
per contemplationem appe-  
tant. quamuis in seipsis ite-  
rum ex mortali carne rela-  
bantur. 7 Si ergo iam bona  
patriae caelestis agnouimus.  
dis pliceat nobis fratres caris-  
simi quod curui sumus. 7  
Ponatur ante oculos. mulier.  
curua. & arbor infructuosa.  
Reminiscamur malorum quae  
fecimus. mittamus ad radi-  
cem cordis. co finum stercoris.  
ut tunc in retributionis fruc-  
tu pinguescat. quod nobis hic  
per paenitentiam ferebat. 7  
Et si uirtutum summa opera-  
ri non possumus. ipso deo nostro  
gaudet lamento. 7 Ex ipsa ei  
iustitiae inchoatione place-  
bimus. qui iniusta quae feci-  
mus. punimus. 7 Nec mora  
erit infletibus. quia tergent  
citius transeuntes lacrimas.  
gaudia mansura. 7 Per  
dominum nostrum ihesum christum qui  
uiuere & regnat cum patre

in unitate spiritus sancti deo  
per omnia saecula saeculorum. amen

**DOM SEQUENTI.**

**LECTIO S. I. I. S. I. C. MATH.**

**I**n illo tempore. Accesserunt ad  
ihesum sadducaei quid dicunt non  
esse resurrectionem. & interro-  
gauerunt eum dicentes. & reliqua.

**LXXXVII. SERMO VENERABILIS  
BEDAE PR. DI. HAD. EM.**

**LECTIONE. S. I. C.  
LUCAM.**



Accesserunt quidam  
sadduceorum qui  
negant esse resur-  
rectionem. Quae  
erant hereses in  
iudeis. una pha-  
risaeorum. & al-  
tera sadduce-  
orum. 7 Pharisei traditionum  
& observationum quas illi de  
uterosis uocant iustitiam prae-  
ferebant. unde & diuisi uocaban-  
tur a populo. 7 Sadducaei  
autem qui interpretantur iusti.  
& ipsi uindicabant sibi quod  
non erant. prioribus & corporis  
& animae resurrectionem  
credentibus. confitentibus que  
angelos & spiritus sanctos sequentes iuxta  
acta apostolorum omnia  
denegabant. 7 Et interro-  
gauerunt eum dicentes. 7

**M**agister moyses scripsit nobis.  
 si frater alicuius mortuus fuerit.  
 habens uxorem & hic sine filio  
 fuerit. ut accipiat eam frater  
 eius uxorem. & suscit& semen  
 fratri suo. Vide distantiam  
 litterae & sps. Juxta litteram  
 nubere cogitur inuita. ut de  
 functi semen excit& fratri. sps  
 autem magister est castitatis.

**S**eptem ergo fratres erant. &  
 primus accepit uxorem & mor  
 tuus est sine filio. & sequens  
 accepit illam & ipse mortuus est  
 sine filio. & tertius accepit illa  
 similiter & omnes septem & non  
 reliquerunt semen & mortui  
 sunt. Nouissima omnium.  
 mortuus est & mulier.

**Q**ui resurrectionem corporum  
 non credebant. animas iudican  
 tes interire cum corporibus.  
 recte istius modi fingunt fabu  
 lam. quae delira menti arguat  
 eos. qui resurrectionem asserunt  
 mortuorum. Potest autem  
 fieri. ut uere ingente eorum  
 aliquando hoc acciderit.

**I**n resurrectione ergo cuius eoru  
 erit uxor. siquidem septem  
 habuerunt eam uxorem.

**T**urpitudinem fabulae opponunt.  
 ut resurrectionis denegent ueri  
 tatem. Verum mir& tace septem

fratres sine filio. defuncti. re  
 probis quibusq; congruunt. qui  
 per totam huius saeculi uitam  
 quae septem diebus uoluitur.  
 ab omni operibus steriles existunt.  
 quibus uirtutem morte misera  
 pre reptis. ad ultimum & ipsa  
 mundana conuersatio quam  
 illi sine uitali opere trans ege  
 rant. quasi uxor infecunda  
 transibit. Et ait illis ihu.

**F**ili saeculi huius nubunt & tra  
 duntur ad nuptias.

**C**um dñs dicat. nolite dare scm  
 canibus. neq; mittatis margari  
 tas uestras ante porcos. quod  
 ipse quaedam uel hic de gloria  
 resurrectionis. uel alibi de dis  
 pensationis aut etiam diuini  
 tatis suae misteris dixisse  
 inuenitur. quae multi qui ad  
 erant uel resistendo. uel contem  
 nendo non acceperunt. non pu  
 tandus est scm dedisse canibus.  
 aut margaritas misisse ante  
 porcos. Non enim eis dedit  
 qui capere non poterant. sed  
 eis qui poterant. & simul ade  
 rant. quos propter aliorum  
 inmunditiam neglegi non o  
 portebat. Et cum eum temp  
 tatores interrogabant. responde  
 batque illis ita. ut quid contradi  
 cerent non haberent. Quamuis

uenientis suis contabescerent potius.  
quam illius cibo saturarentur.  
alii tamen qui poterant capere.  
ex illorum occasione multa uti  
liter audiebant. Illi autem  
qui digni habebuntur saeculo illo  
& resurrectione ex mortuis. neque  
nubunt neque ducunt uxores.  
Non ita intellegendum est. quasi  
digni tantum uel resurrecturi  
uel sine nuptiis futuri sint. in  
digni autem id est peccatores.  
uel minime resurrecturi. uel  
ad nuptias resurrecturi sint  
credendi. sed ita potius retinen-  
dum. quod omnes & resurrecturi  
& absque nuptiis sint in sae-  
culo illo mansuri. Dominus autem  
saluator ut ad gloriam resur-  
rectionis animos excitaret & in-  
quirendam. de electis solum  
modo facere uoluerit sermo-  
nem. Si autem in resurrec-  
tione neque nubunt neque ducunt  
uxores. resurgunt ergo corpo-  
ra quae possunt nubere & du-  
cere uxores. hoc est feminarum  
& uirorum certis discreta  
membra speciebus. sed nulla  
concupiscentiae uoluptate uel  
necessitate incipata. Nemo  
quippe dicit de lapide & arbore  
& his rebus quae non habent  
membra genitalia. quod non

nubant neque ducant uxores.  
sed de his quicum possint nubere.  
tamen alia ratione non nubunt.  
Neque enim ultra mori poterunt.  
Quia conubia propter filios. filii  
propter successionem. successio  
propter mortem. Vbi ergo  
mors non est. neque conubia.  
Aequales enim angelis sunt.  
& filii sunt dei. cum sint filii re-  
surrectionis. Aequales angelis  
& filii sunt dei. qui gloria resur-  
rectionis innouati. sine ullo  
mortis metu. sine ulla labe  
corruptionis. sine ullo terreni  
status actu. perpetua dei uisio-  
ne fruuntur. Adquam ne-  
cesse est angelicae dignitatis  
aequalitatem. quisquis tunc  
ascendere desiderat. nunc mi-  
nimis fratribus condescendat.  
Quia uero resurgant mortui.  
& moyses ostendit secus rubum.  
sicut dicit dominum deum abraham.  
& deum isaac. & deum iacob.  
Ad conprobendam resurrectio-  
nis ueritatem. multo alius ma-  
nifestioribus exemplis uti potuit.  
Aequibus est illud. Suscita-  
buntur mortui. & resurgent  
qui in sepulchris sunt. Quae-  
ritur itaque quid sibi uoluerit  
dominus hoc proferre testimonium.  
quod uidetur ambiguum. uel

non satis ad resurrectionis per  
tin& ueritatem. Sed saddu  
caei quinq; tantum libros moysi  
re. capiebant. prophetarum  
uaticinia respicientes.

**S**tultum ergo erat inde pro  
ferre testimonia. quorum auc  
toritatem non sequebantur.

**P**orro ad aeternitatem anima  
rum probandam. de moise  
ponit exemplum. ego sum dñs  
abraham. & dñs isaac. & dñs iacob.  
statimq; infert. Dñs autem  
mortuorum non est. sed uiuorum.

**U**t comprobauerit animas per  
manere post mortem. quod  
illi inter cetera negabant.

**N**eq; enim poterat fieri. ut eorū  
esset dñs. quinequaquam subsis  
terent. consequenter introdu  
ceretur & corporum resurrec  
tio. quae cum animabus bona  
malae gesserunt.

**O**mnes enim uiuunt ei.

**O**mnes uidelicet illi quorum dñs  
est dñs. uiuunt ei. uita utiq;  
uera. qua iusti uiuunt. & iam  
quando corpore moriuntur.

**D**e qua alibi dñs ait. Qui credit  
in me. & iam si mortuus fuerit  
uiu&. **C**rede ergo. & si  
mortuus fueris uiues.

**S**i autem non credis. & cum uiuus  
mortuus es. **V**idua enim

quae indelicus est. uiuens  
mortua est. **R**espondentes  
autem quidam scribarum.

dixerunt. **M**agister bene  
dixisti. **E**t amplius non aude  
bant cum quicquam interro  
gare.

**P**rincipes sacerdotū  
sadducaei & scribae. quaten  
tes occasionem calumniae  
& uerbum aliquod inuenire  
quod pater& insidit. quia in  
sermonibus confutati sunt.  
ultra non interrogant. sed aper  
tissime comprehensum. roma  
ne tradunt potestati.

**E**x quo intellegimus uenena  
inuidiae. posse quidem supera  
ri. sed difficile conquiescere.

**I**N SCI ANCELI:  
**LIC SCI TUA SIC MATH.**

**I**n illo temp. **A**ccesserunt  
discipuli ad ihm dicentes.  
Quis putas maior est in regno  
caelorum? & ad uocans ih̄s par  
uulum. statuit eum in medio  
eorum. & dixit. **A**men  
dico uobis. nisi conuersi fueritis.  
& efficiamini sicut paruuli.  
non intrabitis in regnum  
caelorum. & reliq;